

Rp. Hyoscyamini 100,0.

Solve in

Acidi sulfurici diluti (20%)  
86,5

Spiritus absoluti 100,0,  
antea commixtis et calefactis. (Acidum sulfuricum dilutum (20%) miscendo  
paretur ex Acidi sulfurici rectificati  
17,3 g et Aquae destill. 69,2 g). Li-  
quorem in patellam vitream ingestum  
supra Calcariam ustam colloca, donec  
massa residua fere siccata appareat.  
Massam tum agitatam supra Acidum  
sulfuricum concentratum collocatum  
sepone, donec plane siccata est.

Sit sal semicrystallinum, e flavo ci-  
trinum vel e flavo albido, reactionis  
neutralis.

*Dosis:* Conf. Hyoscyaminum.

### Hypnatum.

Chloralum antipyrinatum.

Rp. Chlorali hydrati 65,0

Antipyrini 36,0.

Subtilissime in pulvrem redacta  
misce et cum

Aquae destill. 10,0

contere. Massam hanc in particulas  
loco tepido, a luce remoto siccata in  
pulvrem redige et in vitris clausis, a  
luce remotis serva. Pulvis in aquae  
p. 10 solubilis. Hypnoticum. *Dosis:* 2,0  
—3,0—4,0 in aqua saccharata soluta  
ad vesperam.

### Hypnonum.

*Acetophenon. Methylphenyl-Aceton.*  
 $\text{CH}_3 \cdot \text{CO} \cdot \text{C}_6\text{H}_5 - \text{C}^{12}\text{H}^6 + \text{C}^4\text{H}^8\text{O}^2 = 120$

Rp. Calcii acetici exsiccati

Calcii benzoici exsiccati  $\hat{\alpha}$  P.

In retortam vitream, cui excipulum  
appositum est, in balneum arrenae im-  
positam sales calcicos mixtos ingere-  
tum calefac, ut destillatio siccata proce-  
dat. Liquor calore inter 190° C. et  
210° C. transiens loco frigido (+1 ad 5° C.)  
seponatur, ut Hypnomum in crystalla  
transeat, quae collecta denuo destilla-  
tione eo modo depurentur, ut liquor  
calore 195 ad 205° C. transiens collig-  
atur et frigore denuo in crystalla  
transducatur.

Liquor limpidus, pellucidus, decolor,  
odoris amoeni peculiaris, calore 200°  
C. ebulliens, calore 14° C. in crystalla  
transiens, pd. spec. 1,032, in aqua fere

insolubilis, in spiritu, aethere, chloro-  
formio etc. facile solubilis. Hypnoti-  
cum. *Dosis:* 0,2—0,3—0,5 cum Gly-  
cerina vel oleo Amygdalarum commixta  
et in capsulis gelatinosis inclusa vel  
in emulsionem transacta.

### Idiatonum.

Rp. Terebinthinae Venetae P. 1,  
Spiritus Ammonii caust. Dzon-  
dii P. 10,

Olei Caryophyllorum P. 2.  
Misce. (Odontalgicum)

### Idiatonum Breslauer.

Rp. Mastiches

Olei Terebinth. rect.

Liq. Ammonii caustici  $\hat{\alpha}$  2,0  
Chloroformii 15,0.

M. l. a. Usus. Liquore gossypium  
permadefactum in dentem cavum im-  
prime (caries dentium).

### Ichthyolum.

Ammonium sulfoichthyoicum. Ichthy-  
olosulfonas ammonicus.

Ad parationem hujus salis paratio  
Acidi sulfoichthyoici exigitur:

Acidum sulfoichthyoicum.

Rp. Olei ichthyoici crudi q. v.  
Inter agitationem sensim paulatim-  
que affunde

Acidi sulfurici rectificati con-  
centrati

volumen aequale. Ne miscela valde  
confervescat, vas in balneum aquae  
frigidae sit impositum. Miscelam in  
vase tecto sepone loco vix tepido (20  
—25° C.) per dies quatuor vel quinque.  
Tum perfecte defunde partem oleosum  
supernatantem et massam cum aquae  
destillatae volumine dimidio exacte  
commisce, ut solutio perficiatur. Quo  
facto, affunde volumen duplum

Natrii chlorati (Chloridi na-  
trici) P. 26 in

Aquae destill. P. 74.

soluti et fortiter agita, tum sepone  
loco frigido per dies duos, dein liquo-  
rem aquosum separa. Haec elotio ope  
Natrii chlorati soluti tam saepe repe-  
tatur, donec Acidum sulfoichthyoicum  
ab Acido sulfuroso et sulfurico plane  
liberatum fuerit. Hoc Acidum sit  
pultiforme vel pastiforme lentum, in

aqua plane solubile, in liquoribus salinis aquosis insoluble, odoris proprii, et aquae circiter 40 partes in centenis partibus continens. Formula chemica hujus Acidi bibasici est:  $C_{28}H_{36}S_3O_6H_2 = 566$ .

In usu sales sequentes sunt:

**Ammonium sulfoichthyolicum.**

*Ichthyolum. Ammonium ichthyolicum.*

*Ammoniumsulfoichthyolat. Ichthyol.*

$C_{28}H_{36}S_3O_6(NH_4)_2 = 600$ .

Rp. Acidi sulfoichthyolici 100,0

Liquori Ammonii caustici duplices (20%) 20,0

vel q. s., ut Ammonium paulum praevaleat. Tum calore 50° C. non superante calefac, donec Ammonium praevalens evaporatum sit. Sit massa syrapi spissitudinis, coloris badii, odoris saporisque bituminosi et pyrooleosi, reactionis neutralis vel paullulum acidulae, in aqua solubilis et facile solubilis in miscela aetheris et spiritus ana. *Dosis: 0,1—0,2—0,3 ter quaterve per diem. Dos. maxima pro die 1,5; (rheuma, arthritis, asthma bronchialis, phthisis pulmonalis, cholelithiasis). Externe merum vel dilutum 10,0—50,0: 100,0 Vaselinæ etc. (psoriasis, lupus, eczemata, herpes).*

## Illinimenta et Pigmenta.

### Albolithes.

Rp. Magnesitae subt. pulv. P. 10

Acidi muriatici crudi P. 25

vel quantum sufficit, ut post macerationem per diem unum liquor spissiusculus lacteus efficiatur, quem agitatum ad illinimenta adhibere potes.

### Ceramentum calcearium.

Altramentum ad calceos. Coriamentum.

*Schuhwichse. Wicche.*

Rp. Eboris usti pulv. P. 30

[<sup>1</sup>] Olei Piscium P. 3

Syrupi communis P. 15

Aquae P. 75

Acidi sulfurici Engl. P. 5

Acidi muriat. crudi P. 3

Ferri sulfurici P. 1.

Misce exakte.

Rp. Eboris usti pulv. P. 20

[<sup>2</sup>] Syrupi Betae crudi P. 12

Aquae P. 10.

Mixtis adde

Acidi muriat. crudi P. 2

Acidi sulfurici Engl. P. 3

Acidi oleinici P. 2.

Rp. Eboris usti pulv. P. 50

[<sup>3</sup>] Olei Rapae P. 5

Syrupi Sacchari P. 15

Mucilaginis Gummi Arabici

Acidi sulfurici Anglici

Aceti crudi

Aquae aa P. 10  
Atramenti alizarinici P. 20.  
Misce exakte.

### Ceramentum calcearium optimum.

Rp. Pulveris ad coriamentum q. v.

Liquoris ad coriamentum q. s., ut fiat puls tenuior. Mixtio ad usum per aliquot dies tantum servetur. Recens parata praebet illinimentum nitidissimum.

Pulvis ad coriamentum.

Rp. Gallarum optimar. P. 10.

Contus affunde

Aquae communis P. 100.

Coque per horam dimidiā et cola. Colaturam evaporando ad remantes P. 60 redactam, adhuc calidam, commisce cum

Catechu pulverati P. 5

Gummi Arabici P. 15

Sacchari amylacei

Extracti Ligni Campechiani

venalis pulv. aa P. 10

Syrupi communis P. 30.

Post digestionem immisce

Eboris usti pulv. q. s., ut fiat pasta densior, quae siccata ad pulverem redigatur. Servetur ad coriamenti parationem.

Liquor ad coriamentum.

Rp. Ferri sulfurici crudi P. 20

Acidi sulfurici Engl. *P.* 15  
 Acidi muriatici crudi *P.* 10  
 Aceti crudi *P.* 150  
 Aquae *P.* 50.  
 Immitte in lagenam et agita.

### Ceramentum calcearium fluidum.

Rp. Eboris usti subt. pulv. *P.* 40  
 Fuliginis e taeda ustae *P.* 5  
 Sacchari amylacei *P.* 10  
 Gummi Arabici *P.* 15.  
 Exactissime terendo mixtis adde  
 Olei Rapae *P.* 5.  
 Mixtas contere cum  
 Acidi sulfurici Engl. *P.* 10  
 antea dilutis  
 Atramenti alizarinici vel gallo-  
 ferrici *P.* 150.  
 Ad usum agitandum est. Si hoc cera-  
 mentum odorare vis, adde  
 Aquae Coloniensis *P.* 4  
 Olei Bergamottae *P.* 1/4.

### Ceramentum ad heleum equi.

Wichse für Pferdegeschirr.

Rp. Pigmenti nigri anilinici *P.* 2  
 Acidi muriatici *P.* 3.  
 Conterendo bene mixtis admisee  
 Eboris usti subt. pulv. *P.* 10  
 Fuliginis e taeda *P.* 1  
 antea mixtas et cum  
 Olei Terebinthinae *P.* 15  
 bene contritas. Inter agitationem adde  
 Cerae flavae *P.* 60  
 leni calore solutas in  
 Olei Terebinthinae *P.* 500.

(Delphineum.)

Rp. Laccae in tabulis fuscae *P.* 50.  
 Solutis  
 Spiritus V. rectfss. *P.* 150  
 adde  
 Fuliginis e taeda *P.* 2  
 antea bene contritas cum  
 Olei Ricini *P.* 5.

### Ceramentum ad tabulata inducenda.

*Bohnerwachs. Bohnwachs.*  
 Rp. Cerae flavae *P.* 8  
 [¹] Aquae *P.* 40.  
 In lebetem ferreum ingestas calefac,  
 donec cera liquata sit. Tum adde  
 solutionem filtratam ex  
 Aquae *P.* 12 et  
 Kalii carbonici *P.* 4  
 paratam. Mixturae recocetae adde  
 Orleanae *P.* 1/2—1  
 antea in Spiritu Vini rectificati solu-  
 tam. Conf. etiam Vernices.  
 Rp. Cerae flavae *P.* 5  
 [²] Paraffini *P.* 2  
 Acidi stearinici *P.* 10.

Leni calore colliquatis immisce quan-  
 titatem sufficientem

Terrae de Siena ustae  
 antea subtilissime praeparatae conte-  
 rendo cum

Vernisii Lini q. s.

Mixtione peracta sensim immisce  
 (vase ab igne remoto)

Olei Terebinthinae  
 Benzinae aa *P.* 5.

Mixtura agitata, calore balnei aquae  
 liquefacta, ope scoparum setacearum  
 tabulato exsiccatu infricatur. Illini-  
 mentum indurescens scoparum setace-  
 arum ope poliendum est.

Illiinimentum et Vernix ad tabulata.

Rp. Terrae de Siena ustae

[¹] Rubri ferrici vel Ochrae ustae  
 aa *P.* 2.

Subtilissime pulveratae ope aquae,  
 quae affunditur, terendo ad pultem  
 tenuiter illine. Illiniemento perfekte  
 siccato vernix haec adhibeatur:

Mixtura agitata calidam tabulato  
 tenuiter illine. Illiniemento perfekte  
 siccato vernix haec adhibeatur:  
 Rp. Laccae in tabulis *P.* 10  
 [²] Terebinthinae Venetae  
 Sanguinis Draconis pulv. aa  
*P.* 1

Spiritus Vini alcoholisati  
(pd. spec. 0,800) *P.* 60.  
In lagenam immissae loco tepido  
stent et saepius agitantur, tum refri-  
geratae filtrantur.

**Ceratura militaris.**  
*Putzzeug für Soldaten. Lederwichse.*

Rp. Cerae albae *P.* 1  
Cerae Japonicae *P.* 2.  
Solve agitando macerandoque in  
Aetheris *P.* 6.

Olei Terebinthinae *P.* 1.  
Tum admisce

Spiritus Vini rectifss. *P.* 12.  
Asserva in lagenis obturatis. Mix-  
tura agitata dispensemetur. Ignis capa-  
cissima!

*Taschenlack.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 150  
Terebinthinae Venetae *P.* 10.  
Solutis  
Spiritus V. absoluti *P.* 500  
admisce  
Boracis subtile pulv.  
Fuliginis e taeda  $\hat{a}a$  *P.* 5  
antea bene contritas cum  
Olei Terebinthinae *P.* 15  
Olei Ricini *P.* 10.

**Fundamentarium  
oblinimentorum.**

*Harzölanstrichbasis.*

Rp. Colophonii,  
Olei resinosi  $\hat{a}a$  100,0  
Vernicis Lini 300,0  
Colliquando mixtis adde  
Pinolinae 100,0  
Olei Terebinthinae 80,0.  
Pigmento aliquo commixtum ad illi-  
endum adhibetur.

**Liquor Zincum nigricans.**  
Rp. Liquoris Stibii chlorati *P.* 10  
Acidi muriatici crudi *P.* 6  
Spiritus V. rectifss. *P.* 50.  
Mixtae ope panni lanei bisterve Zincum  
infracentur.

**Oblinimentum  
aereum s. cupricum.**

Rp. Cupri metallici, methodo gal-

vanica praecipitati et ad  
pulverem subtilissimum triti  
*P.* 1.

Commisce vernice hac parata e  
Colophonii *P.* 10  
Vernicis Lini *P.* 20  
Asphalti *P.* 2  
Benzinae *P.* 15.

**Oblinimentum  
Finnicum.**

*Finnischer Anstrich für Holz.*

Parentur tres miscelae hae:

Rp. Colophonii *P.* 3  
[<sup>1</sup>] Olei Piscium vel  
Adipis Balaenae *P.* 20.

Liquando misce.

Rp. Farinae secalinae *P.* 10  
[<sup>2</sup>] Aquae frigidae *P.* 30.  
Misce, ut fiat puls.

Rp. Vitrioli Zinci *P.* 4  
[<sup>3</sup>] Aquae fervidae *P.* 90.

Miscela II et miscela III assidua  
agitatione commisceantur, deinde mi-  
scela I paulatim inter agitationem  
addatur, ut fiat fluidum aequabile.  
Tum adde materias colorantes terrenas  
(velut Bolum, Ochram).

**Oblinimentum  
lactarium ad lignum**

et lapidem arenarium.

*Milchfarbenanstrich für Holz und  
Sandstein.*

Rp. Calcariae ustae *P.* 1.

Superinfunde

Lactis vaccini *P.* 5.

Sepone per diem unum et noctem.  
Pultem ad usum

Lactis quantitate sufficiente  
dilue.

Pigmenta (velut Ultramarinum, Och-  
ram) antea cum lacte contrita admi-  
seas. Haec miscela bis terve penicilli  
ope inducatur. Si in ea glebulae sunt,  
per cibrum terendo transmittatur.

*Nota.* • Hoc oblinimentum stabile et  
firmissimum commendatur.

**Oblinimentum zincicum  
ad lignum,**

lapides, muros, aedificia.

**Oblinimentum  
zincicum glutinatum.**

Rp. Glutinis fabrilis P. 30.

Solve in

Aquae fervidae P. 300.

Tum admisce

Cerussae zincicae (*Zinkweiss*)

P. 300

antea cum

Aquae calidae q. s.

ad pultem tenerimam redactas, et

Pigmenti cum aqua terendo

mixti q. s.

Hoc liquore calido illitus alter alterque efficiatur. Quo siccato inducatur mixtura hac tepefacta:

Rp. Acidi muriatici crudi P. 150

[<sup>2</sup>] Aquae communis P. 50.

Mixtis inter agitandum injice

Cerussae zincicae tantum, quantum solvitur et aliquid non solutum remaneat. Dein admisce liquori paulum calefacto

Glutinis fabrilis P. 20

antea solutas in

Aquae fervidae P. 100.

*Nota.* Illitus secundus praebet prioritatem. Ad oblinimenta, quae humiditate vel imbribus non superfunduntur, glutinis quantitatem paulum deminuere potes.

**Oblinimentum  
zincicum siliciatum.**

Rp. Cerussae zincicae (*Oxydi zincici*) P. 2

Liquoris Natri silicatis

Liquoris Kali silicatis  $\hat{a} a$  P. 1.

Ad usum recens misceantur.

**Patina.**

Uncio brunescens ad vasa, statuas etc. cupreas.

Patina antiqua s. Robigo s. Aerugo nobilis artificiosa.

Rp. Ammonii chlorati P. 1

[<sup>1</sup>] Tartari dep. P. 3

Natrii chlorati P. 4

Aquae fervidae P. 15

Cupri nitrici P. 5.

Mixtae ope penicilli vel spongiae aeri, in loco humido collocato, iterum iterumque illinantur. Unctione siccata, aes calefiat et ei cera liquata ope scoparum setacearum rigidarum infrebetur.

Rp. Ammonii chlorati P. 9

[<sup>2</sup>] Kali bioxalici P. 2

Aceti crudi P. 200.

M. et solve. Aequali modo adhibetur:

Patina bruneo-rubra.

Rp. Colcotharis Vitrioli q. v.

Aquae q. s.

Misce, fiat puls, qua cuprum vel aes obducatur. Unctione siccata, cuprum calefiat et defricetur.

**Pigmenta anilinica  
liquida.**

(Ad usum mercatorium.)

Rp. Pigmenti anilinici, uti Fuchsimi, Rosanili, Caerulei anilinici, 10,0.

Solve digerendo

Spiritus V. rectfss. 250,0

tum admisce

Aquae destill. 150,0.

**Pigmenta**

ad chartam pergamenam.

Charta liquori calido, ex aqua et solutione spirituosa pigmenti anilinici uti Fuchsimi, Rosanili, Caerulei anilinici mixto per horam dimidiam immersa teneatur. Color citrinus. Acido pierinico soluto et Natri caustici paulo commixto, color viridis solutione Acidi pierinici et Carmini caerulei efficiatur.

**Pigmenta  
signatoria pistillorum  
ope adhibenda.**

*Stempelfarben.*

Rp. Caerulei Berolinensis

[<sup>1</sup>] Fuliginis e taeda ustae  $\hat{a} a$  P.

Olei ex ungula taurina q. s.

Conferendo optime misceantur.

Rp. Caerulei Berolin. *P.* 4  
 [2] Fuliginis e taeda ustae *P.* 1  
 Glycerinae *P.* 10 vel q. s.  
 Dextrinae pulv. *P.* 2.  
 Conterendo optime misceantur.

Rp. Cinnabaris praep.  
 [3] Minii praep.  $\hat{a}$  *P.* 10  
 Glycerinae *P.* 15  
 Dextrinae *P.* 4.  
 Conterendo optime misceantur.

Rp. Fuliginis e taeda ustae *P.* 1  
 [4] Caerulei Berolinensis *P.* 2  
 Glycerinae *P.* 5.  
 Terendo in mortario lapideo exacte  
 praeparentur. Tum admisce  
 Dextrinae *P.* 2  
 Glycerinae *P.* 1 vel q. s.,  
 ut fiat puls tenuior.

Rp. Cinnabaris praep.  
 [5] Barytae sulfuricae praecipi  
 tatae  $\hat{a}$  *P.* 5  
 Dextrinae pulv. *P.* 2  
 Glycerinae q. s.  
 Misce modo supra notato.

Rp. Ultramarini praep. *P.* 10  
 [6] Dextrinae *P.* 3  
 Glycerinae q. s.,  
 ut fiat puls tenuior vel subfluida.

**Pigmentum butyricum.***Butterpigment.*

Rp. Orellanae optimae siccatae  
 [1] et pulv. 10,0.  
 In cucurbitam vitream ingestis af  
 funde  
 Spiritus Vini absoluti 20,0.  
 Calore balnei aquae fervefac per  
 minuta quinque, tum adde  
 Olei Olivae Provincialis 95,0.  
 Digere per horas tres, saepius agi  
 tando, tum per penicillum lanae vitreae  
 profundendo cola. Liquore tepido  
 colato lagena fuscae parvae plane  
 explentur et statim epistomio sube  
 rino dense obturentur. Lagena sint  
 capacitatis 3—4 ccm.  
*Usus:* Litrae uni floris lactis guttae  
 5—7—10 adduntur.

Rp. Orellanae siccatae pulv. *P.* 10  
 [2] Rad. Curcumae gr. modo  
 pulv. *P.* 20  
 Olei Olivae Provinc. 100,0.  
 Digere calore balnei aquae per horas  
 duas, tum expime et colaturam tepe  
 factam per chartam filtra. Liquori  
 filtrato adde  
 Spiritus V. absoluti (100 %)  
*P.* 1.  
 Ut antea notatum est serva.

**Pigmentum**  
 ad caseum.

Rp. Rhizomatis Curcumae *P.* 1  
 [1] Florum Carthami *P.* 3  
 Spiritus V. rectf. *P.* 15.  
 Digere, expime. Colatura adde  
 Orleanae *P.* 2  
 solutas in  
 Spiritus V. rectfss. *P.* 5,  
 tum liquor per aliquot dies sepositus  
 filtretur. Loco obscuo serva.  
*Anotto. Gelbrothe Käsefarbe.*

Rp. Orellanae siccatae pulv. 10,0  
 [2] Rhizomatis Curcumae 5,0  
 Boracis pulv.  
 Kali caustici fusi  $\hat{a}$  1,5  
 Aquae destill. 110,0  
 Spiritus Vini 15,0.  
 Digere et filtra.

**Pigmentum cupricum**  
 viride.

Cuprum oxydatum resinatum.

Rp. Colophonii pulv. *P.* 20  
 Aquae fervidae *P.* 25.  
 In lebetem cupreum immissis inter  
 ebullitionem paulatim adde  
 Natri carbonici cryst. *P.* 4  
 antea in  
 Aquae *P.* 10  
 solutas, aut tantum salis ejusdem, donec  
 Colophonium solutum sit.  
 Liquori, quem adhuc calidum coles,  
 affunde solutionem colatam e  
 Cupri sulfurici cryst. *P.* 3  
 Aquae fervidae *P.* 10  
 paratam. Praecipitatum inde exortum  
 aqua frigida edulcoretur et lenissimo  
 calore sicetur.

*Usus.* Cum vernice pingui aut spirituosa, aut Oleo Terebinthinae commixtum adhibeatur.

**Pigmenta  
ad Ova paschalia.**  
*Farbe für Ostereier.*

Ad ova colore viridi inficienda infuso fervido, e segete recente frumenti parato immerguntur.

Ad ova calore citrino inficienda ova cum squamis externis bulbi Allii Cepae vel cum ligno flavo Brasiliensi (*Gelbholz*) et paulo Natri carbonic vel cum baccis Rhamni infectorii (*Gelbbeer*) et paulo Aluminis coquuntur.

Ad colorem e rubro violaceum efficiendum ova in aqua cum ligno Fernambuci et paulo Aluminis coquuntur.

Ad colorem nigrum efficiendum ova in aqua cum ligno Campechiano coquuntur.

**Pigmenta e Stearinatibus  
metallicis.**

*Farben für Seifen, Papier, Zeuge.*

Rp. Salis metallici q. v.

Aqua soluto admisceatur

Saponis natrici e sebo effecti, aqua fervida soluti, quantum ad praecipitationem perficiendam requiritur. Praecipitatum collectum sicetur.

Praecipitatum effectum e sale ferrico	est coloris e citrino	brunnei
— chromico	— —	e violaceo
— cuprico	— —	viridis,
— cobaltico	— —	e caeruleo
— nicolico	— —	viridis
— manganeseo	— —	lilacini
— uranico	— —	smaragdini
		rosacei
		flavi.

Color citrinus saponis Cadmio sulfurato efficitur.

**Pigmentum viride ad**

**cibos.**

Rp. Tincturae Croci P. 10.

Instilla

Carmini caerulei optimi aqua soluti q. s., ut liquor viridis efficiatur.

**Pigmentum viride ad  
praeparata saccharina.**

Rp. Infusi Croci concentrati q. v.

Carmini caerulei optimi q. s.

Volumini uni mixturae adde

Spiritus Vini rectifss.

voluminis partem decimam.

**Politura textilium.**

Gluten farinaceum.

Appretur. Mehlkleister.

Rp. Farinae triticeae optimae

P. 100

Aqua frigidae P. 600.

Rp. Cupri sulfurici cryst. P. 100

[<sup>1</sup>] Kali bichromici P. 5.

Solve in

Aqua frigidae P. 800.

Tum paulatin inter agitationem adde

Kali carbonici crudi P. 60

antea in

Aqua frigidae P. 100

solutas, et

Cretae praeparatae P. 10.

Praecipitatum exortum exprime, sicca et in pulverem redige.

Rp. Cupri sulfurici a Ferro plane [<sup>2</sup>] liberi P. 1.

Solve in

Aqua frigidae P. 25.

Liquori ad ebullitionem calefacto injice inter agitationem

Cretae praeparatae P. 2.

Digere per horam unam, dein sedimentum separa, ablue et sicca.

Rp. Kali bichromici P. 5.

Solve in

[<sup>3</sup>] Aqua frigidae P. 50.

Dein in vas valde amplum immissis admisce agitando

Calcariae phosphoricae neutrals P. 16

Sacchari amylacei P. 6.

Sepone, interdum agitando, donec effervescentia cessaverit. Tum sedimentum, liquore decanthato, collige, aqua frigida ablue et loco tepido sicca. Effic. P. 12<sup>1/2</sup>.

Rp. Caerulei Berolinensis P. 5

[<sup>4</sup>] Plumbi chromici P. 40—50.

M. f. pulvis subtilissimus.

**Pigmentum viride ad  
cibos.**

Rp. Tincturae Croci P. 10.

Instilla

Carmini caerulei optimi aqua soluti q. s., ut liquor viridis efficiatur.

**Pigmentum viride ad  
praeparata saccharina.**

Rp. Infusi Croci concentrati q. v.

Carmini caerulei optimi q. s.

Volumini uni mixturae adde

Spiritus Vini rectifss.

voluminis partem decimam.

**Politura textilium.**

Gluten farinaceum.

Appretur. Mehlkleister.

Rp. Farinae triticeae optimae

P. 100

Aqua frigidae P. 600.

Bene mixtis adde  
Liquoris Ammonii caustici  
*P.* 10  
Aquaes frigidae *P.* 500.  
Quo facto mixtura inter assiduam

agitationem usque ad ebullitionem ca-  
lefiat, donec Ammonium plane effuga-  
tum fuerit. Massa flavescentis adhibe-  
atur. Massa cum Baryta sulfurica  
pultiformi commixta praebet polituram  
albissimam nitentem.

### Finis partis de illinimentis et pigmentis.

#### **Illinimentum**

cathaereticum stypticum  
Ehrmanni.

Illinimentum nasale vel isthmiticum  
leniens.

Rp. Jodi 0,15  
Kalii iodati 0,2  
Acidi trichloracetici 0,3  
Glycerinae 30,0.  
Misce. S. Ad illitum (ope penicilli)  
choanarum, cavitatum narium, pha-  
ryngis, faucis (bronchorrhœa, mycosis  
myxorrhœa etc.).

#### **Infusa**

substantiarum non narcoticarum.

1. Infusum (simplex) paretur  
e specierum *P.* 1 et Aquaes  
q. s. — Colatura sint *P.* 10.
2. Infusum concentratum  
paretur e specierum *P.* 1<sup>1/2</sup>  
et Aquaes q. s. — Colatura  
sint *P.* 10.
3. Infusum concentratissi-  
mum paretur e specierum  
*P.* 2 et Aquaes q. s. — Cola-  
turae sint *P.* 10.

*Nota.* Quantitas vegetabilium nar-  
coticorum, quorum Dosis maxima de-  
finita est, semper a medico determi-  
nanda vel praescribenda est.

#### **Infusum Aurantii compositum.**

Compound Infusion of Orange Peel.

Rp. Corticis Aurantii 8,0  
Corticis Citri recentis 4,0  
Caryophyllorum 2,0.  
Concisis contusisque affunde  
Aquaes dest. ebullientis 300,0.  
Stent vaso operato per horae qua-  
drantem et colentur. *Ph. Brit.*

*Dosis:* Bis terve de die cochlear  
cibarium vel duo. Stomachicum.

#### **Infusum Barosmae.**

Infusum Buchu. *Infusion of Buchu.*

Rp. Foliorum Barosmae 15,0.  
Concisis affunde

Aquaes dest. ebullientis 300,0.  
Stent vase operato per horam di-  
midiam et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

**Infusa (Infusions):**  
**Jaborandi** s. **Pilocarpi** fol.  
**Maticae** fol. (*Piper angustifo-*  
*lium*),

**Ratanhae** s. **Krameriae** (*of*  
*Rhatany*) radicis,

**Senegae** (*of Senega*) radicis.

#### **Infusum Brayerae**

(florum).

Infusum Kouesso s. Koosso.

Rp. Florum feminineorum Brayerae  
anthelminticae *P.* 6.

Affunde

Aquaes fervidae *P.* 100.  
Stent per horas duas loco tepido,  
tum cola. Ad dispensationem paretur.  
(*Ph. U. St.*).

#### **Infusum Calumbae.**

Infusum Colombo.

Rp. Radicis Colombo 15,0.

Superfundere

Aquaes dest. frigidae 300,0.  
Macera vase operata per horam di-  
midiam, tum cola. *Ph. Brit.*

#### **Infusum Caryophyllorum.**

*Infusion of Cloves.*

Rp. Caryophyllorum contus. 8,0.

Superfundere

Aquaes dest. ebullientis 320,0.

Stent per semihoram vase operato et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

**Infusa (Infusions):**

**Chiratae** (of Chiretta) herbae,  
**Rhei** (of Rhubarb) radicis,

**Secalis cornuti** s. **Ergotae**  
ex pulvere (of Ergot).

**Serpentariae** radicis.

**Valerianae** radicis.

**Infusum Cascarillae.**

(*Infusion of Cascarilla*).

Rp. **Corticis Cascarillae** 30,0.

Superinfunde

Aquae dest. ebullientis 300,0.

Stent per horam dimidiam vase operato et colentur. *Ph. Brit.*

**Infusum Catechu.**

Rp. **Catechu pallidi** grosso modo  
pulv. 11,0

**Corticis Cinnamomi** cont. 2,0.

Superinfundatur

Aquae dest. ebullientis 300,0.

Stent per semi horam vase operato et colentur. (*Ph. Brit.*)

**Infusum Chamomillae**

**Romanæ.**

Infusum Anthemidis s. Chamomillæ  
*Ph. Brit.* *Infusion of Chamomile.*

Rp. **Florum Chamomillæ Romanæ** 15,0.

Superinfunde

Aquae dest. ebullientis 300,0.

Stent vase operato per horae quadrantem et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

**Infusum Aurantii corticis** (*Infusion of Orange Peel*).

**Infusum Chinae acidum.**

Infusum (Decoctum) **Cinchonae acidum**  
s. **Cinchonae** *Ph. Brit.* *Acid Infusion of Cinchona.*

Rp. **Corticis Chinae Calisayae**  
grosso modo pulv. 10,0.

Superinfundatur

Tinct. aromaticæ acidæ 2,5

Aquae dest. ebullientis 200,0.

Stent vase operato per horam unam et colentur. *Ph. Brit.*

**Infusum Cinchonae**

*Ph. U. St. Americ.*

Paretur e

**Corticis Cinchonae** grosso  
pulv. *P. 6*

Acidi sulfurici aromatici *P. 1*

Aquæ q. s.,

ut *P. 100* colaturæ modo deturbatorio vel percolando colligantur.

Si medicus speciem Cinchonæ non significat, cortex Calisayæ v. regius adhibeatur.

**Infusum Cuspariae.**

Rp. **Corticis Cuspariae** trifoliatae  
grosse pulv. 10,0.

Affunde

Aquæ destill. calidae (49° C.)  
200,0.

Stent vase operato per horam unam, tum colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

**Infusum Lupuli strob.**

— **Uvae ursi** fol.

**Infusum Digitalis**

*Ph. U. St. Americ.*

Rp. **Fol. Digitalis** grosse pulv.  
**Cort. Cinnamomi** grosse pulv.  
ana 3,0.

Affunde

Aquæ fervidae 185,0.

Post horas duas cola et colaturaæ admisce

Spiritus Vini 15,0

Aquæ destillat. q. s.,  
ut pondus mixturæ grammata ducenta (200,0) expletat.

**Infusum Digitalis Ph. Brit.**

*Infusion of Foxglove.*

Rp. **Foliorum Digitalis** 2,0.  
Superinfundatur

Aquæ dest. ebullientis 312,0.

Stent vase operato per horae quadrantem et colentur. *Ph. Brit.*

**Infusum Digitalis concentratum.**

(*Ad recepturam.*)

Rp. **Foliorum Digitalis** sicc. *P. 5*  
Aquæ destill. *P. 90.*

Digerantur calore balnei vaporis per horam unam et agitentur. Dein exprimendo cola et post refrigerationem filtra.

Colatura admisce

Spiritus V. rectfss. P. 10 et Aquae destill. q. s.,

ut pondus mixtionis exaequet

Partes 100.

Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

*Nota.* Partes 20 infusi continent soluble ex Parte 1 Foliorum Digitalis.

### Infusum Gentianae compositum.

*Compound Infusion of Gentian.*

Rp. Radicis Gentianae incisae

Corticis Aurant. incisi aa 4,0

Corticis Citri recent. incis. 8,0.

Superinfundantur

Aquae destill. fervidae P.

320,0.

Stent per horam dimidiā, tum colentur. *Ph. Brit.*

*Ph. Gall.* (e *Ph. Brit.*) Rad. Gentinae 7,09; Cort. Aurantii fruct., Fruct. Coriandri aa 1,94; Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, 51,82; Aquae destill. frigidae 226,79.

### Infusum Gentianae compositum fortius

s. quintuplex.

Rp. Radicis Gentianae 67,0

Corticis Aurantii amari 67,0

In pulverem grossum redacta misce cum minutim concisi

Corticis Citri recentis 134,0.

Tum mixturae in vas percolatorium immiscae et paululum compressae affunde mixturam paratam ex

Aquae destillatae et

Spiritus Vini ana 100,0.

Seponere per diem unum, deinde eandem mixturam spirituosa affundendo massam ope percolationis exhauri, grammata ducenta (200,0) primum defluentia seponendo. Colaturam alteram sequentem a Spiritu destillando liberatum et evaporando ad grammata octingenta (800,0) redacta commisce cum illis grammatis ducentis colatura se-

positis, ut mixtura grammata mille (1000,0) expletat. Haec mixtura post filtrationem in lagenis dense clausis et a luce remotis servetur.

Ad dispensationem pars una cum partibus quatuor Aquae destillatae miscetur.

### Infusum Hageniae.

Infusum Cocco s. Kusso. Infusum Brayerae anthelminticae. *Infusion of Kousso.*

Rp. Florum Hageniae grosso modo pulv. 15,0.

Superinfunde

Aquae dest. ebullientis 240,0.

Stent vase operato per horae quadrantes et colentur sine expressione. *Dosis:* 120,0 ad 240,0 vel hic potus in partes duas aequales divisus intra horam unam mane sumatur. (*Ph. Brit.*)

### Infusum Ipecacuanhae concentratum.

(*Ad recepturam.*)

Rp. Radicis Ipecacuanhae cont. P. 5

Aquae destillatae P. 90.

Digerantur in balneo vaporis per horam unam et agitentur. Refrigeratis admisce

Spiritus V. rectfss. P. 10 et

Aquae destill. q. s.

ad replendas P. 100. Dein sepone per biduum, decantha et filtra. Serva in lagenis obturatis.

*Nota.* Partes 20 infusi continent soluble e Parte 1 Radicis Ipecacuanhae.

### Infusum Juglandis compositum

(Schwediaurii).

Rp. Foliorum Juglandis regiae sicc.

Corticis Juglandis reg. nuc. sicc. aa P. 10.

Affunde

Aquae fervidae q. s.

et digere. In

Colatura P. 500

solve

Calcii chlorati P. 8.

*Usus:* Ad balneum.

**Infusum laxativum**

Ph. paup. Hufelandi.

Rp. Foliorum Sennae 10,0.

Affunde

Aquae fervidae 160,0.

Digere per horam dimidiam. In  
Colaturae 140,0

solve

Natri sulfurici cryst. et

Mannae Calabr. aa 20,0.

Paretur, quoties usus poscit.

**Infusum laxativum  
regium.**Ptisana regalis. Apozema laxativum.  
*Tisane royale.*

Rp. Foliorum Sennae 15,0

Natri sulfurici 15,0

Fructus Anisi 5,0

Fructus Coriandri 5,0

Foliorum rec. Petroselini 15,0

Aquaee frigidae 1000,0

Fructus Citri in taleolas scissi

*No. 1.*Macera per 24 horas, interdum agi-  
tando, colla exprimendo et filtra. *Ph. Gall.***Infusum Lini.***Infusion of Linseed.*

Rp. Seminis Lini 30,0

Radicus Liquirit. 10,0.

Affunde

Aquaee destill. fervidae 875,0

Stent per horas duas, tum colentur,  
*Ph. Brit.***Infusum Maticae.**Infusum Matico. *Infusion of Matico.*

Rp. Foliorum Maticae incis. 15,0.

Superinfundantur

Aquaee destill. ebullientis 300,0

Stent vase operata per semihoram et  
filtrantur. *Ph. Brit.***Infusum Pruni  
Virginianae.***Infusion of wild Cherry.*

Rp. Corticis Pruni serotinae

grosse pulv. *P. 4*Aquaee destill. *P. 6.*Mixta sepone per horam, tum in vas  
deturbatorum ingesta aquam affun-  
dendo extrahe, donec colaturae *P. 100*  
collectae sunt. (*Ph. U. St.*)**Infusum Quassiae.***Infusion of Quassia.*

Rp. Ligni Quassiae rasp. 4,0

Aquaee dest. frigidae 320,0.

Macerent per semihoram vase oper-  
tato et colentur. *Ph. Brit.***Infusum Rosae acidum.***Acid Infusion of Roses.*

Rp. Petalorum Rosae Gallicae 8,0.

Superinfundantur

Aquaee dest. ebullient. 320,0

Acidi sulfurici diluti 4,0.

Stent per horam dimidiam vase oper-  
tato et colentur. *Ph. Brit.***Infusum Rosae  
aluminatum.**

Solutio Scudamorei.

Rp. Infusi Rosae rubr. 150,0

Aluminis 10,0.

Solve.

**Infusum Rosae  
compositum.**

Rp. Petalorum Rosae Gallicae 10,0

Acidi sulfurici diluti (pond.

spec. 1,067 vel 10 %) 7,0

Sacchari albi 40,0

Aquaee fervidae 730,0.

Mixta sepone per aliquot horas, tum  
cola, colaturae aquam addendo, ut gram-  
mata octingenta (800,0) expleantur.**Infusum Scillae  
concentratum.***(Ad recepturam.)*Paretur e Bulbo Scillae siccato ae-  
quali modo quo Infusum Digitalis con-  
centratum.**Infusum Sennae.***Infusion of Senna.*

Rp. Foliorum Sennae 30,0

Rhizomatis Zingiberis 2,0

Aquaee destill. fervid. 300,0.

Stent vase clauso per horam dimi-  
diam, tum colentur. *Ph. Brit.***Infusum Sennae  
compositum.**Infusum Sennae cum Manna. *Ph.*  
*Austr.* Aqua s. Infusum laxativum

Viennense. Hydromel Infantum. Potio laxans Viennensis. Wiener Trank.

Rp. Foliorum Sennae concisorum  
10,0.

Superfusa

Aquae destillatae fervidae  
70,0

stent per quinque partes horae sexagesimas in balneo vaporis et saepius agitantur. Deinde exprime, solve in colatura

Tartari natronati 10,0

Mannae communis 30,0

et cola. Colatura infusi sedimentati sint 100,0.

Sit coloris fusci. *Ph. Germanica.*

*Ph. Austriaca.* Fol. Sennae Alexandr. 25,0; Aq. fervidae 200,0; Mannae electae 35,0.

*Ph. Helvetica.* Fol. Sennae 10,0; Mannae, Tartari natronati  $\text{aa}$  10,0; Aquae q. s. Colatura 100,0.

*Ph. U. St.* Fol. Sennae 6,0; Mannae 12,0; Magnes. sulf. 12,0; Fruct. Foeniculi 2,0. Colat. 100,0.

### Infusum Sennae compositum inspissatum.

(Ad recepturam)

Rp. Foliorum Sennae P. 20.

Affunde

Aquae fervidae P. 100.

Digere per horam unam. Tum exprimendo cola. In colatura solve digerendo

Tartari natronati P. 20

Mannae Calabrinae P. 60

Glycerinae P. 10.

Solutionem per biduum loco frigido sepone, tum paulum (ad 40—45° C.) calefactam filtra, et liquorem limpidum calore balnei aquae inspissa, ita ut

Partes 100

remaneant. Serva in vitris dense obtutatis, a luce remotis.

*Nota.* Partes 5 hujus infusi inspissati, solutae in Aquae destillatae Partibus 5 praebent Partes 10 Infusi Sennae compositi *Pharmacopoeiae Germanicae*.

*Nota.* Vis laxativa Infusi hoc modo parati a nonnullis medicis non laudatur. Ne longius hebdomade servetur.

Hager.

### Infusum Sennae salinum.

Rp. Foliorum Sennae P. 1.

Affunde

Aquae fervidae P. 8.

In colatura solve

Natri sulfurici cryst.

Syrupi Sacchari  $\text{aa}$  P. 1.

### Infusum Valerianae.

Rp. Rad. Valerianae conc. 10,0.

Infunde

Aq. destill. ebullientis 400,0.

Stent vase clauso per horam unam, tum colentur. *Ph. Brit.*

### Infusum Valerianae compositum.

Rp. Radicis Valerianae 20,0

Aquae fervidae q. s.

Infunde. Colatura sint 150,0, quibus refrigeratis adde

Aetheris acetici 2,0

Syrupi Cinnamomi 30,0.

S. Singulis vel binis horis cochlear sumatur.

### Inhalationes a Doctore Liebreich normalisatae.

Ad parationem inhalationum singularem in Aquae destillatae 500,0 solvenda sunt:

Acidi carbolici 1,0

— lactici 25,0

— tannici 3,0

Aluminis 3,0

Ammonii chlorati 3,0

Aquae Calcariae 100,0

— Kreosoti 25,0

— Amygdal. amar. 5,0

— Picis 100,0

Argenti nitrici 1,5

Boracis 5,0

Hydrarg. biechlorat. corr. 0,1

Kalii bromati 5,0

— chlorati 5,0

— jodati 1,0

Liq. Ferri sesquichlorati 5,0

— Kalii arsenicosi 1,0

— Natrii hydrici 10,0

Natrii chlorati 5,0

Natrii hydrocarbonici 5,0  
— carbonici 2,0  
Olei Terebinthinae 3,0  
Plumbi acetici 1,5  
Thymoli 2,0  
Zinci sulfurici 1,0.

**Injectio aluminosa.**

Acetas Aluminis ad injectiones Ph.  
*Belg.*

Rp. Plumbi acetici P. 12  
Aluminis crudi P. 10  
Aquaee P. 200.  
■ Salia seorsum solve in aquae P. 100,  
tum liquores misce et sepone, ut Plum-  
bum sulfuricum subsidat. Filtra et  
leniore calore evapora, donec liquor  
sit pond. spec. 1,152.  
*Nota.* 5 aut 6 litra liquoris adhi-  
benda sunt ad injectionem cadaveris.

**Injectio antigenorrhoica.**

*Einspritzung bei Tripper.*

Rp. Aluminis pulv. 1,0.  
Solve in  
[<sup>1</sup>] Aquaee Rosae 125,0.  
Tum admisce inter terendum in mor-  
tario

Opii pulv. 0,5,  
Mucilaginis G. Arab. 15,0.

Rp. Acidi tannici  
[<sup>2</sup>] Aluminis crudi  $\hat{a} 1,0$   
Zinci sulfurici 0,2.

Solve in  
Aquaee destill. 200,0.

Rp. Zinci sulfurici 1,0  
[<sup>3</sup>] Acidi tannici 3,0.

Solve in  
Aquaee destill. 200,0.

*Signa.* Quater per diem urethrae inji-  
ciatur, ita ut injectum per aliquot  
minutas horae refineatur.

Rp. Argenti nitrici 0,2  
[<sup>4</sup>] Aquaee destill. 60,0.

Solve.

Rp. Acidi tannici 3,0  
[<sup>5</sup>] Aquaee destill. 100,0.

Solve et filtra.

Rp. Kali hypermanganici 0,1  
[<sup>6</sup>] Aquaee destill. 100,0.

Solve.

Injectio antigenorrhoica  
Janelli.

Rp. Balsami Copaivae 1,0  
[<sup>7</sup>] Natri carbonici cryst. 0,5  
Aquaee destill. 25,0.

In lagenam ingesta agitando exacte  
commisceantur, ut liquorem lacteum  
praebeant. Tum admisce  
Aquaee destill. 75,0  
Tincturae Opii spl. *Gutt.* 12.

*Injection Brou.*

Rp. Aquaee destill. 100,0

[<sup>8</sup>] Zinci sulfurici 0,5  
Plumbi acetici 1,0  
Tincturae Catechu  
Tincturae Opii croc.  $\hat{a} 2,0$ .

Terendo misceanfur.

*Injection A. Marinier.*

Rp. Lapidis divini 5,0

[<sup>9</sup>] Tincturae Opii simpl. 1,0.  
Leni calore misceanfur. Admixtis  
Gummi Arabici 0,5  
massa in tabulam densam redigatur,  
quae siccatur. Ad usum massa in aqua  
tepidâ solvitur.

*Injectio Richardi.*

Rp. Zinci sulfurici 0,25

[<sup>10</sup>] Tincturis Opii croc. 0,15  
Aquaee communis 200,0.

Solve et misce. Remedium arecanum,  
quod cum pilulis his conjugitur: Rp.  
Camphorae 15,0; Extr. Gentianae 10,0  
Pulv. rad. Althaeæ et Gentianæ 7,0.  
M. f. pil. 150, Lyceopodio conspergenda.

**Injectio  
antileucorrhœica**

Ricordi.

Rp. Acidi tannici 1,0  
Vini rubri 125,0.

Solve.

**Injectio cystocatarrhalis.**  
*Injection gegen chronischen Blasen-  
katarrh.*

Rp. Jodoformii 5,0  
Glycerinae 50,0.  
Contritione peracta, admisce

Tragacanthae pulv. 0,2  
Aqua destill. 20,0.

*Usus.* Hic liquor, aquae purae ad 40° C. calidae 500,0 dilutus in vesicam expurgatam injicitur. Quoque die tertio injectio repetatur. Simul Conchimatum sulfuricum sumatur.

### Injectio Matico Grimaulti.

Rp. Aqua Matico s. Piperis angustifolii foliorum 200,0  
Cupri sulfurici 0,25  
Glycerinae 10,0.  
Misce et solve. (Leucorrhoea).

### Injectiones subcutaneae.

Liquores injectorii e salibus paratis, si effici potes, limpidi et cum Aqua bisdestillata vel purissima comparati. Siphunculus injectorius sit Centimetri cubici unius capacitatis et pistillum in partes aequales decem sit divisum. Siphunculus *Luéri* est capacitatis 0,9 centim. cubic., et pistillum ejus divisum est in 45 partes aequales. Siphunculus *Pravazzii* plerumque praefertur, ejus capacitas 1 centim. cub. explet, et pistillum ejus in gradus 10 divisum epitonio orbiculato mensurali munitum est.

### Injectio Apomorphini. Injectio emetica.

Rp. Apomorphini hydrochlorici [¹] 0,1  
Aqua destill. 10,0.

Solve. S. Ad injectionem 0,5—1,0 (adulto).

Rp. Apomorphini hydrochlorici [²] 0,02  
Aqua destill. 10,0.

Solve. S. Ad injectionem 0,5—1,0 (infanti).

Rp. Apomorphini hydrochlorici [³] 0,12.  
Solve in .

Aqua camphoratae 6,2  
et filtra. Ex tempore paranda. *Ph. Brit.*  
*Dosis:* 0,2—0,5.

### Injectio Atropini sulfurici.

Rp. Atropini sulfurici 0,1

Aqua destillatae 10,0.  
Solve. *Dos.* 0,1—0,2—0,3.

Eodem modo parandae sunt injectiones subcutaneae:

**Aconiti.** *Dos.* 0,2—0,3—0,4.

**Curares, Woorarae.** *Dos.* 0,3—0,4—0,6.

**Strychnini nitrici vel sulfurici.**  
*Dosis* 0,15—0,3—0,5.

### Injectio Chinini.

Rp. Chinini sulf. 1,0—2,0—3,0—  
4,0—5,0 ad 10,0  
Spiritus V. rectf. 5,0  
Aqua destill. 95,0.

Mixtis adde singulis horis primum  
Acidi sulfurici diluti *Gutt.* 5,  
postremum

Acidi sulfurici diluti q. s.  
et saepius agita, donec sal Chinini solutum fuerit, sed cave ne Acidum sulfuricum abundet.

### Injectio Chinini Bernatzik.

Rp. Chinini hydrochlorici 10,0  
Aqua destillatae 16,0  
Acidi hydrochlorici 3,0 vel  
4,0

vel quantum sufficit, ut solutio efficiatur, sed cave ne Acidum hydrochloricum abundet.

### Injectio Chinini Koebneri.

Rp. Chinini hydrochlorici 0,5—  
1,0  
Glycerinae purae  
Aqua destill. aa 2,0.

Misce. Detur sine acido! Liquor paulum calefactus iniciatur.

### Injectio Chlorali hydratis.

Rp. Chlorali hydratis 5,0  
Aqua destill. 6,0.  
Solve. *Dos.* 1,0—2,0—4,0.  
Eodem modo parandae sunt injectiones

**Extracti Opii.** *Dos.* 0,05—0,1  
—0,15.

**Tincturae Cannabis Indicae.**  
*Dos.* 0,3—0,5—0,75.

**Injectio Coffeini.**

Rp. Coffeini 0,5  
Spiritus V. rectfss.  
Aqua destill. aa 5,0.  
Solve et misce. *Dos.* 0,3—0,6—0,9.

**Injectio Coffeini Huchard.**

Rp. Natri benzoici 3,0  
[<sup>1</sup>] Coffeini 2,5  
Aqua destill. 6,0 (vel q. s.).  
Calore modico solutio efficiatur. Si-  
pho Pravazii repletus 0,25 Coffeini  
amplectitur.  
Rp. Natri benzoici 3,1  
[<sup>2</sup>] Coffeini 4,0  
Aqua destill. 6,0 (vel q. s.).  
Calore modico solutio efficiatur. Si-  
pho Pravazii repletus 0,4 Coffeini  
amplectitur.

**Injectio Coniini.**

Rp. Coniini 0,1  
Spiritus V. rectf.  
Aqua destill. aa 5,0.  
Solve et misce. *Dos.* 0,1—0,2—0,4.

**Injectio Curare (subcut.)**

Rp. Curare 0,1—0,3  
Glycerinae 2,0  
Aqua destill. 8,0.  
Conterendo in mortario porcellaneo  
mixtura subtilissima efficiatur, primo  
Curare conterendo cum Glycerina,  
deinde aqua addatur. Filtratio postu-  
lationi medici concessa est. *Dosis* est  
subrigenda 0,2—0,25—0,3—0,35 etc.  
(tetanus, hydrophobia, Strychninum  
devorans).

**Injectio Ergotinae  
hypodermica.**

Rp. Extracti Secalis cornuti 5,0.  
Solve in  
Aqua camphoratae 10,0.  
Paretur ad usum. *Ph. Brit.* *Dosis:*  
0,2—0,66.

**Injectio Jodoformii.**

Liquor jodoformii ad injectionem  
subcutaneam.

**Rp. Jodoformii 1,0.**

Solve in  
Glycerinae 35,0.

*Dosis:* Ad inject. siphon unus reple-  
tus. *Dos.* sensim augenda (syphilis).

**Injectio Hydrargyri bichlorati  
corrosivi.**

Rp. Hydrargyri bichl. corr. 0,1

Aqua destill. 10,0.

Solve. *Dos.* 0,3—0,5—0,75.

**Injectio Staubii.**

Rp. Hydrargyri bichl. corr. 0,2

Ammoni hydrochlorici 0,2

Natrii chlorati 0,6

Aqua destill. 6,0.

Solutionem filtratam agitando com-

misce cum  
Albuminis recentis ovi 5,0  
vel 6,0,

deinde ea quantitate Aqua destillatae,  
ut liquor sit ponderis 40,0 (quadraginta)  
Grammatum. *Dosis:* 0,5—0,75—1,0.

**Injectio Hydrargyri bijodati.**

Rp. Hydrargyri bijodati 0,1

Kalii jodati 1,0

Aqua destillatae 10,0.

Solve. *Dosis:* 0,3—0,5—0,75.

**Injectio Hydrargyri oxydulati  
nigri.**

Rp. Hydrargyri oxydulati nigri  
1,0

Olei Olivae provincialis 10,0.

Misce. Die septimo vel octavo in-  
jectio subcutanea efficienda est.

**Injectio Hydrargyri salicylici  
Lindenborn.**

Rp. Hydrargyri salicylici 1,0

Paraffinae liquidae 10,0.

Misce. Die quinto injectio (in natem)  
efficienda.

**Injectio Kalii jodati.**

Rp. Kalii jodati 1,0

Aqua destill. 3,0.

Solve. *Dosis* 0,5—0,75—1,0 (periost-  
itis syphilitica, dolores ostocopoi).

**Injectio Morphini.**

Rp. Morphini hydrochlorici 1,0  
Aqua destillatae 25,0.  
Solve. *Dosis:* 0,3—0,5—0,8. Solutio-  
nes Morphini loco umbroso et non  
longius hebdomade una servanda-  
sunt.

Eodem modo paranda est injectio-

**Narceini hydrochlorici.**

*Dos.* 0,4—0,6—1,0.

**Injectio Morphini hypodermica**

*Ph. Brit.*

Rp. Morphini hydrochlorici 6,0.  
Solutis in  
Aqua dest. tepidae 60,0  
adde

Liquoris Ammonii caust. q. s.,  
ut reactio alkalina efficiatur. Praeci-  
pitatum elutum misce cum  
Aqua destill. 40,0,

tum admisce  
Acidi acetici q. s.,  
ut Morphinum solvatur et liquor sit  
perfecte neutralis. Tum adde

Aqua destill. q. s.,  
ut pondus liquoris 60,0 expletat. *Ph.*  
*Brit.* *Dosis:* 0,06—0,12.

**Injectio Nicotini (subcut.).**

Rp. Nicotini 0,05  
Aqua destillatae 10,0.  
Misce. *Dos.* 0,15—0,25—0,3.

**Injectio Secalis cornuti**

(subcut.).

Rp. Extracti Secalis cornuti 2,5.  
Solve in  
Spiritus Vini rectif.  
Glycerinae  $\hat{a}$  7,5.

**Injectio varicina.**

Injectio Varicis. *Krampfaderinjection.*  
Rp. Jodi 1,0

Acidi tannici 9,0

Aqua destill. 200,0.

Misce et solve. Ante injectionem  
morbidus per horam dimidiam ambu-  
let, ut varices intumescant, tum sub  
loco, in quem injectio perficienda est,  
ligamentum circumponatur. Quo facto  
aliquot guttae liquoris in varicem di-  
latatam ope siphonis Pravazii, cum

cannula dupla constructi, injiciantur.  
Punctum cannula effectum Collodio  
jodoformato claudendum est. Liga-  
mentum non tangatur et morbidus per  
hebdomades duas in lecto se continere  
cogatur. Post hoc tempus varix so-  
lida est, tum sensim abiit. (*Molliere*).

**Injectio Veratrini (subcut.).**

Rp. Veratrini 0,05  
Spiritus V. rectif.  
Aqua destill.  $\hat{a}$  5,0.  
Solve et misce. *Dos.* 0,25—0,4—0,6.

**Jodoformium.**

Carboneum jodatum. Formylum ter-  
jodatum. *Formyltrijodid.*  
 $\text{CH}_3\text{---C}^{\bullet}\text{HJ}_3 = 394.$

Rp. Natri carbonici eryst. *P.* 5  
[<sup>1</sup>] Jodi *P.* 2  
Spiritus V. rectfss. *P.* 5  
Aqua destill. *P.* 20.  
Natro carbonico aqua soluto adde  
Spiritum Vini, tum liquori ad 60 vel  
80° C. calefacto paulatim injice Jodum  
et sepone ad refrigerationem. Sedimen-  
tum jodoformioso inde exerto sepa-  
rato, liquori decanthato vel filtrato  
easdem quantitates Natri carbonici et  
Spiritus Vini admisce, tum per liquo-  
rem denuo ad 60 vel 80° C. calefactum  
Chlorum gasiforme

mitte, donec Chlorum paulum abundet,  
et sepone, ut liquor refrigeret. Sedi-  
mentum colligatur et cum illo antea  
collecto aqua frigida abluatur, tum  
chartae bibulae impositum, calorem  
evitando, sicetur. Sit pulvis cry-  
stallinus citrinus, odoris crocei, saporis  
dulcisculi, in aqua fere insolubilis,  
in Spiritus p. 50 et in Aetheris p. 5,2  
solubilis, calore 120° liquefens. Effi-  
citur fere *P.* 1. Servetur in vase vitro  
bene clauso et a luce remoto.

Rp. Kali carbonici puri,  
[<sup>2</sup>] Jodi  $\hat{a}$  *P.* 2  
Spiritus V. rectfss. *P.* 1  
Aqua destill. *P.* 5.

Retortae, excipulo munitae, ingestae  
leni calore balnei vaporis calefiant,  
donec decoloratae apparent. Residuum  
refrigeratur cum liquore destil-  
lato, in excipulo collecto, commisce et  
per aliquot horas sepone. Sedimentum  
inde ortum filtro immissum aqua ab-